



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

**PROTRACTIONE LI-
TIS PER ALLEGATIONES
LEGUM ET DOCTORUM IN
PROCESSU ADVOCATIS
PERMISSAS,**

QUAM
Ex DECRETO ILLUSTRIS JCOTORUM ORDINIS

P R A E S I D E

D N . C H R I S T I A N O T H O M A S I O ,
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO, ACA-
DEMIÆ FRIDERICIANÆ DIRECTORE, PROFESSORE
JURIS PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ
P R A E S I D E O R D I N A R I O ,

P R O L I C E N T I A

SUMMOS IN UTRIQUE JURE HONORES ET
PRIVILEGIA DOCTORALIA CONSEQUENDI,

AD D. XXI. JULII. M DCC XXI.
HORIS ANTE - ET POMERIDIANIS


PUBLICE DEFENDET

IOHANNES CHRISTIANUS BOEHM,
ADVOC. ELECT. SAX. IMMATR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.



05 H 735



DISSERTATIO
DE
PROTRACTIONE LITIS PER
ALLEGATIONES LEGVM ET DOCTORVM
IN PROCESSV ADVOCATIS PER-
MISSAS.

CAP VT I.

Sententia communis haec tenus in
praxi recepta,

§. I.

Quamvis tota hæc disputatio videatur inanis & otiosa, cum unanimis non solum JCTO. methodo & rum sed & ordinationum processualium sen- ordine dicen- tentia eo tendere videatur, ut advocatis per- dorum. mitti haudquaque debeat, ejusmodi alle- gationibus lites protrahere; re tamen paulo accuratius inspecta, facile patet, tantum abesse, ut communis illa sententia intentatam illam sublata- nem impedimenti hujus celeris justitiae in effectum deducere potuerit, ut potius protractionem litium, quamvis bona fide, contra intentionem promoverit, adeoque utile erit, ut in hoc capite doctrinam communem breviter & distincte propona-

A

mus,

mus, tum in capite sequenti moleste ostendamus, quid & quibus ex causis in ea desideremus.

*Sententia
Speculatoris
& Ordinatio-
num Judicii
Camerale
anni 1507. &
1555.*

§. II. Iam suo tempore ante duo secula docuit Speculator, jura non esse expresse alleganda, ne disputationibus detur occasio, addit tamen exceptionem, nisi judex sit imperitus. Hanc Speculatoris doctrinam recipit Ordinatio judicij Camerale de anno 1507. tit. 38. §. 4. in verbis: Und soll sich derjenige, so sich auf das Recht will fundiren, fürsehen, daß er die Recht nicht ausdrücklich seze, und allegire, damit dem Wiedertheil nicht werde Ursach gegeben, zu disputiren und zu cavilliren. Specul. in tit. de advoc. & conf. §. idem caveat. Wo aber der Richter nicht gelehrt wäre, ist es von nöthen, vor ihm die Recht zu allegiren. Spec. in tit. de alleg. & disp. §. i. Accessit postea alia limitatio in Ordinat. Camer. Judic. 1555. part. 3. tit. 40. §. 2. in verbis: Was aber die schriftliche Handlung betrifft, sollen dieselben &c. auf die Geschicht oder That, und nicht auf das gemein Recht gesetzt und gestellt werden, es wäre denn, daß einer das gemein Recht, so aus vorarticulirter That fleußt, anzeigen wolle, welches dann ihm unbenommen seyn soll, doch daß er die Recht nicht überflüssig und umothdürftig allegire, damit dem Wiedertheil zu disputiren und zu cavilliren nicht Ursach gegeben werde.

*Sententia
Mynsingeri
& Rudin-
geri.*

§. III. Sed ista limitatio posterior non videtur placuisse Mynsingero. Unde in observ. singul. (prima vice anno 1584. publicatis) cent. 5. object. 88. circa finem: postquam ex Speculatore adduxisset, jura non esse expresse alleganda, ne disputationib. s detur occasio, addita tamen limitatione Speculatoris, nisi judex sit imperitus, & porro Paridis de Puteo verba adduxisset: *Leges non esse allegandas in Consistorio Principiis*, pergit: *idque servatur in Curia Gallia, qui dicunt Advocatis jura elegantibus: Venite ad factum, Curia sati intelligit jura;* quem in finem citat Bartolum in præf. leg. Longobard. Deinde autem subjungit: *Sed hoc in Camera Imperiali non observatur: & fortassis male.* Post Mynsingera eadem repetiit anno 1611. Johannes Rudingerus Cent. I. singul. observ. 35. nisi quod in verbis ultimis: *Et hoc servatur* in

in Gallia, licet hic in Germania securus fiat, studio videatur cavisse,
ne cum Mynsingero Cameram nominaret.

§. IV. Magis cordat & distinctius mentem suam de hac protractione litium & ordinationibus Cameralibus circa eandem aperuit autor *anonymus*, qui anno 1607. discursum edit, quomodo *administratio iustitiae* sit emendanda, quem postea *Wehnerus* suis observationibus inseruit p. 350. seq. Und ist also, inquit p. 366. dieses die vera & principalis causa der unnöthigen *i.e.* Weitläufigkeit und Verlängerung des Proceses, daß den Partheyen und derenselben Advocaten verstattet und zugelassen wird, sich zu unterstehen, den Richter und dessen Beysitzer ohne Noth nicht allein in facto, wenn Sie auch dasselbe allbereit haben, sondern auch in jure zu informiren, und zu unterrichten. Et mox p. 367. Daß aber solche angezogene viel und grosse Mängel des Ge richtlichen Proces und sonderlich die principalis causa, welche diese selbe einzig und allein verursachet, nemlich, daß die *jura allegret* und *disputaret* werden, gar wohl abgeschafft &c. werden könne, solches hat, wenn man dem, was einem Richter und dessen Beysitern &c. zu wissen nöthig sey, und welchergestalt sie dasselbe über kommen können, mit Fleiß nachdenkt, ganz und gar keinen Zweifel. Denn es wird ein jeder Rechts Berständiger damit einig seyn, daß ein jeder Richter und dessen Beysitzer dazu, daß Sie ein rechtmäßiges Urtheil sprechen können, mehr nicht als dreyerley haben und wissen müssen, nemlich primo factum ipsum, ut à litigantibus proponitur, deinde facti veritatem, & tertio jus, quod ex facto oritur. Das factum nun müssen sie von denen Partheyen haben, und kan ihnen dasselbe agendo excipiendo, replicando, duplicando, ac ulterius, si opus fuerit progrediendo nach Nothdurft vorgetragen werden. Facti veritatem aber überkommen und erfahren sie vel ex confessionibus partium vel ex depositionibus testium, vel ex instrumentis & literariis documentis, vel ex prästatione juramenti. Und wenn sie diese beyderley nun haben und wissen, ist ihnen von denen Partheyen und derenselben Advocaten mehr zu erlernen und zu erfahren nicht nöthig, sondern das dritte, jus nimirum, quod ex facto oritur, sollen und müssen sie selber wissen, und ist dieses, wann die

Partheyen, oder dero selben Advocaten solches den Richter und des
 selbigen Beysikern zu lernen, und wo, und an welchen Orth sie,
 was in solchen Fall Rechtnes sey, in corpore Juris oder dessen Glos-
 sen, und Interpretibus suchen und finden sollten, vorzuschreiben
 sich unterstehen, eben so ungemein und lächerlich, als wann ein Pa-
 tient einem Medico vorzuschreiben sich ammasset, an welchem Or-
 te im Galeno, Hippocrate oder andern Medicis er suchen solle,
 und finden werde, was zu seiner des Patienten Krankheit nützlich
 gebräucht, und wie er curirt werden möge. Et iterum p. 376.
 Ob aber nicht dazu, daß die Sachen ihre Expedition schneller,
 und die beschlossnen Sachen nicht aufs neu sich häussen und in ein
 stecken gerathen mögen, dieses nützlich und dienlich seyn könnte, daß
 den Partheyen und thren Advocaten auch in Camera die jura hin-
 führro zu disputiren verboten, &c. würden, demselben werden ohne
 zweifel alle, denen die Besiedlung des Justiz-Werks angelegen
 ist, auch unerinnert weiter nachzudenken wissen. Pag. 409. respon-
 det objectionibus. Sie werden vermutlich auch dieses, daß der
 Prozeß so kurz gemacht, und den Advocaten die jura nicht mehr
 zu allegiren und disputiren verstatet werden soll, als dadurch ih-
 nen ihr bestes Meisterstück, nemlich die bösen Sachen lang aufzu-
 halten benommen, und ihre Kunst, deren sie sich rühmen, nemlich
 den Richter nach Möglichkeit zu versöhnen, und in bösen Sachen ein
 gut Urtheil zu erlangen, fast gar zu nicht gemacht wird, nicht un-
 angefochten, noch gut seyn und passen lassen wollen, sondern ver-
 mutlich dagegen dieses vorbringen, daß in der Cammer-Gerichts-
 Ordnung part. 3. tit. 40. §. Was aber ausdrücklich nachgegeben
 werde, auch das gemeine Recht, so aus verarcticulirter That fleußt,
 anzuziehen. Und daß auch solches um so viel mehr und ungezwif-
 felt geschehe müsse, quando iudex est imperitus, dessen auch D.
 Mynsing. gedacht Observ. 88. n. 6. cent. 5. und dazu den Specula-
 torem anzeigt. Sie allegiren aber die Cammer-Gerichts-Ordnung,
 wie jener in der Wüsten die heilige Schrift; und lassen aus
 folgende Worte: Doch daß er die Rechte nicht überflüßig
 allegire, damit dem Wiedertheil zu disputiren und cavilliren
 nicht Ursache gegeben werde. Nun geschicht aber solches und
 wird

wird nicht allein der ganze Proceß dadurch über die maßen lang, sondern es werden auch die Acta gar groß, und dazu intricat und verworren gemacht, derowegen denn solches nothwendig geändert und gar abgeschaffet wird, in Betrachtung, wenn solches nicht geschiehet, daß es dann damit eben also zugehen werde, als wenn man ein Kraut im Garten nicht haben will, und es derowegen oft abschneidet, die Wurzel aber stehen läßt: Denn gleichwie alsdenn dasselbe Kraut allezeit nicht allein wieder herfür wächst, sondern auch ostermahl noch grösser wird, als es zuvor gewest; Also wird auch dem Unrat, welcher daraus, wenn den Advocaten die jura zu allegiren und disputiren verstatte wird, entstehet und kommt, wenn man gleich in deme eine gewisse Maße vorschreiben wolte, nicht gewehret, sondern es dadurch nur ärger gemacht werden; wenn man es aber verbent, wird solches alsdem juxta regulam Dia-
lecticorum: sublata causa cessat effectus, Frucht schaffen, und den optatum finem, nemlich Kürzung und Richtigkeit des gerichtlichen Proceses und auch der Acten nützlich operiren und wircken. Das aber viel Personen, unter denen etliche seyn, welche weder quid sit jurisdictione vel jus verstehen, zu Richtern verordnet und gesetzet werden, dessen weiß man sich wohl zu erinnern, ist auch dessen wohl geständig, daß ein solcher iudex ohne anderer Unterrichtung, was recht oder unrecht sey, nicht urtheilen könne; Das er aber dessen von denen Parthenen oder ihren Advocaten unterrichtet werden solle, oder müsse, dessen ist man gar nicht einig, sondern einer gar andern Meynung, denn es ja ein gemein Sprichwort, und auch wahr ist, daß eine jede Parthen in ihrer eigenen Sache blind sey. Ob nun wohl die Advocaten billig schend seyn, und auch ihre Clienten die Augen öffnen solten; so sind doch leyder deren viele wegen des Nutzens, den sie von der Sache zu haben verhoffen, ben so blind, ja noch blinder, als ihre Clienten selber, bevorab wenn sie der blancken Thaler und des rothen glänzenden Goldes bey denselben gewahr werden, und ihnen solches in die Augen schimmet, und sie vollend nicht allein gar staar blind machen, sondern auch dieses verursachet, daß sie ihren Clienten, wenn solche gleich ein wenig die Augen öffnen haben, und sich selber bedünken lassen.

ihre Sache sey nicht allerdings richtig, denselben vollends gar zudecken, und sie überreden, daß dieselbe gar kostlich gut, zu dem keine Kunst sey eine gute Sache zu erhalten, sondern eine böse zu gewinnen. Derorwegen denn der Richter darzu verordnet, und seines Amtes ist, daß er solche Clienten und Advocaten leiten, und ihnen den Weg zum Rechten weisen und darum auch solches billig selber besser wissen, und von andern nicht lernen soll. Ob aber wohl auch eingeschüret ist, daß einer, der selbst nicht sieht, noch, was recht ist, weiß, dennoch den Nahmen haben könne, daß er andre Leute, wenn er dazu andre, die ihn selbst führen und dessen unterrichten können, gebrauchet; so müssen doch diese lezte nothwendig schend und unpartheyisch seyn, und können darum die partheyischen Advocaten dieses nicht verrichten, sondern man mag, wenn sie sich dessen untersiehen, billig fragen. Kann auch ein Blinder den andern den Weg weisen. Et mox pag. 411. Darum soll ein jeder Richter, welcher das Rechte selbst nicht versteht, assessores literatos et peritos, quorum consilio regatur et sententiam ferat, haben, vel aliorum sapientum consilio uti; wie dann gebräuchlich, daß solche judices die acta an unverdächtige Juristen Facultäten oder Schuppenstühle zu verschicken pflegen, &c. Ist und bleibt derwegen nach wie vor, wahr, daß nicht allein nicht nothig, sondern auch höchst schädlich sey, daß denen Partheyen und ihren Advocaten jura zu disputiren und allegiren verstatitet wird, derer Meinung denn auch der Hochberühmte, vortreffliche und in praxi wohl erfahrene ICtus D. Mynsinger. Ubi simul excerptit ejus locum jam supra §. 3. descriptum, & postea p. 413. alii objectioni responderet, quid opus sit advocatis in processu, si jura non allegare & desuper disputare debeant? scilicet ut magis solliciti sint, quam fieri soleat, de circumstantiis facti in tempore eliciendis, & de earum probatione, an & quomodo ea institui possit ac debeat.

*Item Autoris
Parthenii li-
tigiosi.*

§. V. Anno 1613. Autor Parthenii litigiosi, seu Georgius Valentinus Winther pro more, id est, absque judicio lib. 2. cap. 7. n.
21. seq. p. 356. seq. exscriptis quidem & in summa exhibuit ea, quæ modo in §. preced. ex autore anonymo adducta sunt, mox tamen addit; *Sin minus, saltem cum temperamento jurium allegationes fiant.*

Quam-

Quamvis enim Advocatis frequentissimum & facillimum hodierno seculo
imo & Notario, parum scienti, ex repertoriis, locis communibus, & aliis
allegationum plaustra conferre, tamen maxima pernicie & temeritatis
est ut aut Molin. &c. quem refert Andr. Knichen &c. Nec in hoc con-
sistit Advocati prudentia. Sim. de Prat. &c. Tales advocati, prosecu-
tores, notarii, imitantr aves & oves, cum satius foret adire loca,
in quibus aliqua conclusio firmatur. Nam si autores ipsos adirent, aut
locos diligenter inspicerent, sepe eos silentio praterirent, vel quia id non
dicerent, ad quod allegantur, vel, si dicerent, in adeo diversis loqueren-
tur terminis, ut ad rem sine litem, quam eorum autoritate probare co-
nantur, nihil omnino facerent, ut inquit Johannes Baptista Asinius &c.

S. VI. Quid Recessus Imperii de anno 1654. circa remo- *Verba Reces-*
vendam hanc, de qua agimus, litium procrastinationem fieri *sus Imperii*
jusserrit, docent verba sequentia §. 96. Zu gründlicher Abhelf- und *de anno 1654.*
Verbesserung deren bey den Procuratorn, Advocaten und Partheyen
vorgehenden Fehlern und Unordnungen sc̄. setzen / ordnen und wol-
len wir, daß zu dessen allen Abschneidung und Verhütung die Procu-
ratores und Advocaten sich künftig sc̄. bloßlich in Erzählung des facti
aufhalten, die disputationes und allegationes juris aber, welche
mehrentheils die Sachen nur zu verwirren, und schwerer zu machen
pflegen sc̄. nicht einmischen, sondern bey Straffe nach Ermeis-
lung übergehen, jedoch ad marginem einen oder mehr textus juris,
oder bewährte Scribenten, welche in terminis terminantibus von
den Sachen schreiben, zu allegiren, wie auch rechtliche Consilia
und Berathschlagungen mit vorangesezter Facti specie und den ra-
tionibus dubitandi in gestalt einer quasi relation zu übergeben
erlaubt seyn; solche consilia aber weder in referendo nach votan-
do Ziel oder Mak geben, noch so viel das factum belanget, einiger-
ley Weiß attendiret werden solle.

S. VII. Paulus Gambsius, Advocatus Cameræ imperialis, *Et in ea note*
in Commentario ad d. Recessum p. m. 613. seq. nonnulla annotavit, Pauli Gamb-
forte usui nobis futura in capite sequenti. Ad verba: zu mai si & Jacobi
chen pflegen, addidit: *Deinde datur adversario occasio cavillandi ac Blumii.*
allegatos textus juris & Doctorum in sensum plane alienum detorquendi:
Clients magnos sumius in concipiendie & describendie tam amplis scri-
ptie

ptis impendere coguntur: Judici infertur cædium, ista scripta multis
impertinentibus juribus ac vulgaribus regulis, que coram eruditis allega-
re cædiosum est, referta perlegendi, atque multa alia incommoda inde
oriuntur, prout hoc satis experientia docet. Ad verba: jedoch ad
marginem notavit: Id non semper, presertim ab extraneis advocatis
observatur, qui plerumque textus juris ac allegatos Doctores contextui
inserere assolent. Iterum ad verba: zu allegirent adjecit: NB. Hic
modus multum facit ad expeditionem cause & informationem Domini
referentis. Ad verba: consilia notavit inter alia: Eiusmodi conse-
lia vel alia ex actis concepte facti species ac relationes loco materialium
pro maturanda sententia judicii & singula Affectibus ad domum non
raro etiam afferuntur. Denique ad verba: Attendit werden solle
addidit: Horum verborum sensum optime exprimit Reichs-Hof-Raths
Ordnung de anno 1654. tit. 4. § Die consilia, hisce verbis: Über
darauf, id est, auf besagte Consilia soll mehr oder weiters nicht
gegangen, als so viel solche denen Haupt-Actis und darin erwie-
senen facto gemäß gefunden, auch anderer gestalt nicht in votis
angezogen werden. Quo etiam faciunt verba Gulii I. c. 107. num.
13. quando ait. Quia, (scilicet consilia extrajudiciales exhibita) tamen
parum aut nihil prosunt, si factum, ex quo jus oritur, non sit
antea in actis sufficierent deductum ac probatum. Nam hu-
jusmodi scriptura extrajudiciales parte altera non audit a pars
actorum non sunt, & ideo fidem, quatenus factum in actis non
deductum concernunt, nullam faciunt, quia judex secundum
allegata & probata judicare debet. Haecenus ille. Sed mallem,
ut Gambius præter Gailium etiam allegasset Jacobum Blu-
mum, ex cuius Processu Camerali tit. 63. §. 22. 23. 24. 25. p. 444. seq.
istas notas omnes haecenus excerptas de verbo ad verbum ex-
scripsit, nisi quod verba initialia d. §. 25. omiserit, nostris ta-
men meditationibus profutura, adeoque hic addenda. At di-
cis, inquit Blumius: si ista consilia nullo modo attendi debent, tunc
frustra exhibentur? Verum respondeo, cum compilatores ejusmodi con-
siliorum interdum facti speciem paulo aliter, quam in actis deducta &
probata est, forment, ac proinde iurium ab ipsis allegatorum applica-
cio sit incongrua, easenius in allegato §. 96. ista consilia non attendi de-
bere,

bere. Eumque in finem postea adducit Blumius loca ex ordinatione Consilii Aulici & Gailio modo memorata.

§. IX. His vero praesuppositis, non mirandum, quod multi quidem JCti novioribus temporibus ineptam cumulationem allegationum, & saepius inanem ac jejunam, ut vitiosam & celerem justitiae administrationem impedientem detestati fuerint, ipsam tamen legum allegationem, si moderate fiat, non solum licitam sed & utilem esse defenderint. Atque ne hic testimonia JCtorum cumulando lectori tedium creem, licet nunc saltem pro illustranda utraque assertione celebris alicujus JCti testimonium adducere. Quod primam attinet, fusius ea de re egit Zieglerus de arte Rabulistica cap. 21. cuius meditationem hic in summa exhibebimus. Initio notat, solas ICtorum communes opiniones non aptas esse apud cordatum judicem, ut eum in partes trahat, nisi justis rationibus sint suffulta. Agnovisse etiam hanc ineptitudinem probandi per cumulum communium opinionum Theologos Pontificios, Melchiorem Canum, Martinum ab Azpilcueta Navarrum, & Gabrielem Vazquez, cum in controversiis Theologicis Theologi Scholastici plerumque ejusmodi communium opinionum allegatione intenderent victoriam obtainere. Invaluisse autem aliquando inter ICtos, ut nihil omnino, & ne id quidem, quod naturalis ratio sibi relicta dicitur, unquam assereretur, nisi sub nube testimoniorum undecunque adductorum. Id cum observassent Causidici, ut & ipsi jura callere viderentur, Bartolium ubique locutos esse, & Baldum, & Menochium, & Cardinalem Tuschum, nec visos sepe, nec sibi consentientes. Et esse insuper illos tam prodigos in eorum sententiis coacervandis, ut in pervulgata alicujus juris regula probationem sexcentas plerumque proferant autoritates, et si illa regula ex dictamine rectae rationis veniant, nec ullius autoritate nitantur, nisi illius, qui ipsius naturae autor est. Atque hanc ineptam jaetantiam jam agnovisse & ridiculam esse ostendisse Augustum Buchnerum de communitat. nat. dicend. lib. 2. c. 19. cuius locum elegantem adducit Zieglerus, Qui eo ipso adhuc magis notabili-

lis est, quod exinde constet, hoc malum non solis Ictis tempore Buchneri fuisse proprium, sed omnibus quatuor facultatibus commune.) Simile vitium Rabularum esse, quod in controversiis jam decisis, & de quibus nullum amplius restet dubium, in allegationibus multa variorum coacervent consilia, responsiones, conclusiones, decisiones, observationes & adeo valde ridiculos esse, quod putent, magnam eruditiois partem in hac autoritatum & testimoniorum collectione consistere, ac si numerari, non ponderari deberent dicta Doctorum. His objicit Zieglerus locum Seneca libr. de vita beata cap. I. Magis prestandum est, quam, ne pecorum ritu sequamur antecedentium grem, pergentes, non qua eundum est, sed qua itur. Atqui nulla res majoribus nos malis implicat, quam, quod ad rumorem componimur, optima rati ea, que magno assensu recepta sunt, quorumque exempla nobis multa. Inde ista tanta coacervatio aliorum super alios ruentium. Quod in fine hominum magna evenit, cum ipse se populus premat, nemo iam cadit, ut non aliud in se attrahat; primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita videoas licet: nemo sibi tantum erat, sed alii erroris causa & auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum unusquisque mavult credere quam judicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur. His praemissis addit Zieglerus, se non negare, necessaria esse aliquando prudentum testimonia, eum pricipue in finem, ut de opinione in foro recepta & per sententias confirmata constet. Sed esse tamen in eo casu deleatum adhibendum, secundum vulgatum Doctorum axioma, quod doctribus quantumvis celeberrimis, sine textu tamen & ratione juris loquentibus, fides nullo modo adhiberi debeat. Non enim sic parendum esse autoribus, quemadmodum pueri obtemperent paedagogis, sed quemadmodum Cato, qui puer quidem paedagogo jubenti parebat, sed rogabat, quam ob causam id juberet. Atque eum in finem simul consentientes sibi autores citat Zieglerus Sigismundum Scacciam, Georgium Mundium & Dominicum Arumæum, & elegantem locum ex Marcelli Palingenii Zodiaco vite eadem inculcantem subjicit. Simul vero observat, Glossæ apud veteres aliquando tantam fuisse

fuisse autoritatem, ut ab ea recedere aut dissentire placulum haberetur. Sic Cynum dixisse: *Sicut olim idola pro Diis, ita Glossatores pro Evangelistis adorari.* Et Raphaëlem Fulgosum: *Volo potius pro me Glossatorem, quam textum.* Num si allego textum, dicent ADVOCATI diversa partis, & etiam judices; credis tu, quod Glossa non ita viderit illum textum, sicut tu. Recete vero statuisse Udalricum Zafium, Accursii glossemata non plus pondere habere, quam alterius docti viri doctrinas, cui sine textu & evidenti ratione nihil creditur. Denique nota Zieglerus stultitiam Rabularum, allegationes Doctorum, quos ipsi tamen non inspexerint, cumulantur. His adde, quæ idem ICtus celeberrimus in dictifice conclus. 39. passim, præcipue vero §. 16. seq. de incertitudine, quænam opiniones sint communes, differit, eumque in finem adduxit verba ex Azorii *inst. moral.* Nonnunquam communis opinio discerni non potest, cum sepe contingat, ut sententia, quæ olim erat recepta communi consensu, modo non sit. Et tunc TEMPORA sunt distinguenda &c. Insuper est animadvertisendum, habendam esse nationem PROVINCiarum, nationum & gentium. Nam solet etiam evenire, ut, quæ opinio in una provincia, natione vel gente communis est, in alia recepta non sit. &c. Si roges, an communis opinio existimari debeat ex NUMERO, an potius ex AUTORITATE opinantium? Respondeo, ut plurimum ex numero & autoritate opinantium esse judicandum, non autem ex solo numero autorum. Et sciendum, inter Theologos esse aliquos, qui certarum partium factionis vel sectæ dicuntur. Quare Thomistæ una cum Thoma, Scotistæ cum Scoto, Nominales cum Ohamo connumerari debent. Aliquando vero communis opinio NUMERO opinantium existimat, quando pauci sunt, qui unam opinionem sequuntur, si cum iis, qui sensere contrarium, conferantur. Si secundo queras: QVI & QVOT numero autores opinionem aliquam communem constituant? Respondeo: oportere eos autores esse CLASICOS, h. e. quorum AUTORITAS IN SCHOLIS est approbata. Item oportere eos esse PLURES, non enim unus tantum aut alter ad communem opinionem sufficit, v. g. si septem aut sex ex instituto questionem aliquam tractent, & quinque eorum unum opinentur, uno aut altero contrarium

docente, communis opinio est ea, quam quinque unanimi consensu tradi-
derunt. Qui locus Azorii vel ideo præ aliis fuit notandus,
quia non solum docet, allegationes illas ineptas etiam in aliis
Facultatibus Academiarum obtinuisse, sed & obiter quasi ostendit
originem illius stultitiae, scilicet, quod præjudicium auto-
ritatis in scholis ubique regnaverit.

Et Ludovici Guntheri Martini. §. IX. Alterum caput, scilicet licentia & utilitatis, quod
concernit, adducam saltem unicum locum ex Ludovici Gun-
theri Martini *Commentario in Ordin. Saxon. Proc. Judiciarii Tit. 3. §.
i. n. 68. seq. p. 208. seq.* imprimis, cum hic autor diligentia colli-
gendi varias aliorum sententias & opiniones non facile ab aliis
superetur. Quærit: Annon liceat Advocatus & Procuratoribus in
scriptis suis jura allegare, isisque informare judicem, quid de lite sit ju-
dicandum? Dicit: negare hanc questionem vulgo Doctores,
tum quia multo longius sic reviviscat litigium, & allegatio-
nibus jurium maximam partem causæ intricatores reddantur
per Rec. Imp. 1654. §. 96. tum quia judex ipse scire debeat jura,
non ab aliis ea mutuare. Klock de arar. lib. 2. cap. 124. num. 12.
ibique Peller. in addit. num. 5. Imo etiam ipsum Aristotalem
lib. i. Rhetor. i. monuisse, litigantes debere factum demonstrare,
an res ita se habeat, vel non, utrum vero magnum vel par-
vum sit, utrum justum vel injustum, ipsum judicem oportere
cognoscere & non demum discere a litigantibus. Denique
quia judicem informare velle in jure & demonstrare ex corpo-
re juris, glossa & interpretibus, quid de lite judicandum sit,
æque inconveniens sit, & ridiculum, ac si ægrotus medico mo-
dum curandi morbi præscribere velit ex Galeno vel Hippo-
crate: subjunctis allegationibus Paridis de Pureo, Speculato-
ris & Mynsingeri. Contra alios saltem cum temperamento
jurium allegationes concedere, ne disputationibus detur oc-
casio. Scilicet unius vel alterius legis, statuti vel consuetu-
dinis probantis arg. l. 20. ibi: sufficit autem unum argumenti causa
referre ff. ad l. Corn. defals. vel etiam Doctoris celebris de
controversia tractantis, eamque ex ratione juris decidentis. Carpz.
lib. 3. Rep. §. n. 24. seq. Berlich. Part. i. Concl. 9. n. 41. Umm. ad
process.

process. disp. 18. n. 24. Brunnenm. in *Process. Civ. c. 1. n. 66.* cum una decisio in terminis plus valeat, quam mille generalia argumen-
ta & conjecturæ Klock. de *erar. d. l. n. 9. & 10.* Bernh. Græv. ad
Gail. in proem. n. 117. seq. Ziegl. de *jure Majest. l. 1. c. 6. ib. 8.* ubi
dicat, *xtate nostra non credi magis legibus & rationibus, sed*
solum decisionibus, Muscul. de success. cl. 1. n. 194. seq. quippe
quæ etiam consulentium præponantur opinionibus. Hartm.
Pistor. *Part. 3. qu. 20. n. 25.* Et maxime sibi reservare debere Ad-
vocatos & Procuratores in fine meliores & fortiores allegatio-
nes, quia melius memoriarum commendentur. Nicol. Galvol.
in pract. judic. §. advocatus, concl. 2. n. 6. Hiltrop. *in proc. judic.*
Part. 3. tit. 27. n. 13. seq. Et reprehendendos esse istos Advocatos,
qui, ut videantur, strenuam navasse operam Clientulis suis, sa-
pe ex uno autore, quem forte præ manibus habeant, & pro
adstruenda sua intentione allegent, transcribant ad longum
omnes alios Dd. & scribentes, quos ille in isto loco alleget.
Ziegl. *in Rabulist. c. 22. per tot. Urim. ad Proc. disp. 18. n. 24.* Hinc
in taxando labore non foliorum & loquacitatis habendam esse
rationem, sed potius doctrinæ & ingenii, an nimirum perti-
nentia vel impertinentia scripserit. Gail. *l. Obs. 151.* Ord. Cam.
Part. 1. tit. 52. Ordin. jud. Anhalt. *tit. 2. §. 3.* Et hanc posteriorem
sententiam (de licentia allegationum) vigere tum in Camera
Imperiali per text. in Ord. Cam. *1507. tit. 38. §. 4.* & in Ord.
Cam. part. 1. tit. 10. §. 1. *infine.* Rec. imper. de anno 1654. §. 96.
tum in summo Tribunal Regio Wismariensi *Part. 1. tit. 11. §. 6.*
& judiciis Saxonici tam superioribus quam inferioribus: quem
in finem citat ordinationem *Provinc. Lips. de anno 1549.* Ordinat.
Appellat. El. Chriß. II. de anno 1605. Ordin. Cur. Provinc. Ienens.
Ordinat. judic. Saxo Gothanam anno 1670. Ordinat. Cancell. Saxo-
Isenac. Et probari eam in Ordinat. Cancell. Ducum Brunsuic. &
Luneburg. Hannover. de anno 1673. Ordinat. Cancell. Wolfferbytan.
de anno 1651. concordante Ordinat. judic. Magdeburg & Ordin.
judic. Anhalt. nec non Ordinat. Cancell. Megapolit. Gustrov. Con-
ferendum etiam esse Roding. *Pandect. Cam. lib. 3. tit. 29.* Carpzov.
in Jurispr. for. part. 1. c. 1. def. 4. n. 5. Pluribus testimoniis non
vide.

videtur opus ad cognoscendam sententiam communem de the-
mate dissertationis præsentis. Ergo transeo potius ad caput
sequens.

CAPVT II.

Probatur breviter & perspicue, non
sublata penitus licentia allegandi leges & Do-
ctores, non posse protractionem justiciæ per ean-
dem hactenus ubique obtentam cum
effectu coerceri.

*Methodus ca-
pitis præsen-
tia.*

HActenus dicta ostendunt, prohibitas quidem in Ordi-
nationibus judicialibus Imperii & plerorumque Statu-
um advocatis esse allegationes legum & Doctorum,
ut protractioni litium occasionem præbentes, sed sub tribus
limitationibus, ut permitti debeant, (1. si judex sit juris igna-
rus, (2. si allegatio legum sit necessaria & non superflua, (3.
si allegationes scribantur ad marginem &c. Contra autorem
anonymum de emendanda administratione justiciæ intendere,
advocatis allegationem legum & Doctorum plane esse inter-
dicendam absque limitationibus, atque eo ex parte etiam in-
clinasse Mynsingerum. Cum itaque posterior hæc sententia
nobis etiam videatur esse verosimilior, operam dabimus, ut
lectori causas moventes breviter & distincte ea ostendamus
methodo, ut (1. reæte formato statu controversiæ per observa-
tiones quasdam præliminares, (2. paulo distinctius, quam com-
muniter fieri solet, probemus, quod impossibile sit, justiciam
non protrahi, quamdui advocatis non illimitate prohibeatur
allegatio legum & Doctorum, tum ut (3. examinemus tres
modo memoratas limitationes, & ostendamus singulas non so-
lum ratione justa destitui, sed & re ipsa prohibitionem allega-
tionum in regula funditus evertere; (4. ut paucis ostendamus
origi-

originem & progressum hujus mali, & cur tres illæ limitatio-
nes memoratae legibus imperii fuerint bona fide insertæ, (5.
denique ut inde formemus conclusionem, omnem allegatio-
nem legum & Doctorum advocatis penitus esse interdicendam,
addita tamen observatione, cur nondum sit sperandus statim
hujus consilii eventus & ejus praxis, non tamen plane sit pro
impossibili habendus.

§. II. *Quod observationes præliminares statum contro-* Non hic agi-
versia respicientes concernit, initio notandum, jam agi tantum tur de alle-
de allegationibus legum & Doctorum, id est, legum juris utri- gatione sta-
usque tam civilis seu Justiniane, quam Canonici, & interpre- tutorum &
tum juris utriusque, five Glossatorum five Humanistarum, consuetudi-
sive Doctorum noviorum tam theoreticorum, quam practico- nis.
rum, commentaria, responsa, consilia, decisiones &c, edentium;
non vero de statutis & consuetudinibus & eorum allegatione:
unde & hæc duo sèpius distinguuntur in ipsis Ordinationibus
v. g. in Ordinatione Vismariensi adducta a Martini ad tit. 3.
Ord. Jud. Saxon. §. i. n. 78. in verbis: bey dem Vorbringen viele
und unnothdürftige allegationes anzuführen vermeiden, statuta
aber und lösliche Gebräuche, wie auch alte Gewohnheiten und
Herkommen, gleich dem facto mit einführen, anziehen, und mit Uhr-
kunden wohl belegen rc. item in Ordinat. Cur. Provinc. Jenens.
ibid. n. 79. in verbis: ohne weitläufige allegirung der beschriebe-
nen Rechte rc. jedoch werden sie die statuta und Gewohnheiten,
weiln solche mehr in facto als jure beruhen, anzuziehen wissen, rc.
denique in Ordinat. Cancell. Hannover. ibid. n. 80. in verbis:
da auch die decisio der Sache aus einigen statutis, oder löslichen,
wohlhergebrachten und erweislichen Gewohnheiten genommen wer-
den müssen, sollen dieselbe gebührend beygebracht werden,
etsi idem Martini allegationes unius vel alterius legis, sta-
tuti vel consuetudinis probantis (quasi utriusque eadem sit
ratio) ibid. n. 72. conjungat, vel certe non accurate distinguat,
& hæc duo etiam non satis distingue (quoad præsentem quæ-
stionem de licentia allegandi) proponantur in veteris Pruden-
tia forensis Cameralis fragmento, seu dissertatione, quomodo
Advo-

*Advocatus sive Procurator in allegando & judex in pronunciando jus scri-
ptum vel non scriptum sequi debeant, quæ extat in Johannis Deck-
herri Monumentis lectionis Cameralis Antiquæ p. 403. seq.* Quamvis
vero multa se hic offerant notanda de ratione differentiæ, &
cur statuta & consuetudines allegare liceat Advocato, le-
ges & Doctores allegare non licere debeant, item an ratio Or-
dinationis Ienensis, daß solche statuta und Gewohnheiten mehr
in facto als jure beruheten, sit genuina, an vero alia meliores
aut evidenter substituenda, item, an non quoad allegatio-
nes statutorum & consuetudinum nonnullæ limitationes sint
addenda (v. g. de allegatione statutorum correctorum & obso-
letorum, de qua, & quod illa poena criminis falsi sit coercen-
da, quædam notavit Martini d. l. n. 83.) item ampliations
(v. g. ut Advocati statuta & consuetudines non alle-
gantes & copias ad acta non ponentes puniri debeant,
præprimis, si acta mittantur ad collegia extranea) tamen hæc
omnia jam quidem seponenda sunt, & alii occasioni reservan-
da, quamvis, quod differentiam hujusmodi allegationis a priori
attinet, ea fere cognosci possit, si quis modo meditari pau-
lulum ea voluerit, quæ mox, occasione inquirendæ rationis
genuinæ, cur allegationes legum & interpretum iustitiam pro-
trahant, dicturi sumus.

*Neque de al-
legatione le-
gum & Dd.
in scriptis &
extra pro-
cessum.*

§. III. Porro cum de damno allegationis legum & Docto-
rum in processu agamus, facile patet, quod hic primario non
sumus solliciti de allegatione legum, & Doctorum, quæ sunt
extra processum, sive ab iis, qui ipsas leges & canones expli-
cant, aut juris utriusque compendia, Systemata, Syntagma-
ta, aut etiam de processu sive civili sive criminali scribunt, aut
ordinationes ipsas processuales exponunt. Hæc enim allega-
tiones ipsum processum directo non turbant. Alia vero quæ-
stio est, annon ejusmodi allegationes sæpe impertinentes sint,
& occasionem dederint Advocatis similia tentandi in processu,
de qua, quænam sit nostra sententia, constabat ex dicendis suo
loco de origine & progressu ineptarum allegationum in pro-
cessu, infra §. 18. Abstinemus etiam hic tam a laude quam a vi-
tupe-

tuperio eorum, qui in lectionibus viva voce peragendis, ita
firmiter leges memoria tenent, ut nullum assertum vel propo-
sitionem quamcunque maxime indubiam, proferre audeant, nisi
addita simul allegatione debita ex Institutis, Pandectis &c. Sed
hic saltem illud addimus: de gustibus non esse disputandum.

§. IV. Denique, dum de protractione justitiae per allegationem legum & Doctorum ab Advocatis factam aucturi sumus, legatione letetiam hic abstrahimus a quæstione, annon similis protractio gum & Dd. justitiae oriatur ab allegatione legum & Doctorum in rationibus à collegiis iuribus decidendi, quæ sententiis & interlocutionibus Collegiorum ridicis in re Juridicorum adjungi solent. Dico abstrahimus, quia alia est rationibus de persona & aliud officium judicis, aliud advocati, ut ita indicendi fieri sinistre ab uno ad alterum non possimus argumentari. Cum solita tamen etiam multæ rationes & observationes sint communes utrius officio, non approbamus quoque istas allegationes frequentes, in rationibus decidendi, sed & hujus questionis decisionem alii occasione reservamus, aut alii discutiendam relinquimus. Interim Lector etiam non adeo exacto judicio pollens facile prævidere poterit, quid circa questionem, annon etiam celerior justitiae administratio impediatur per allegationes legum & Doctorum rationibus decidendi junctas, responsuri simus, si modo paululum considerare voluerit ea, quæ §. 8. & seq. de causis protractionis justitiae intuitu Advocatorum, & §. 18. seq. de origine & progressu hujus mali a nobis notata inveniet. Ut taceam questionem maxime præjudicalem: Annon prompta & debita justitiae administratio æque impediatur per rationes decidendi à collegiis juridicis postulatas, ac per allegationem legum & Doctorum Advocatis permittam? Nam si hæc rationum decidendi exactio etiam sine allegatis in se & sua natura (non morali sed politica) protrahit justitiam, superfluum foret, quædere, an illa protractio moveatur vel augeatur per allegationes legum. Sed uti dixi, nihil hoc loco determinamus, sed lectori saltem occasionem suppeditare voluimus, has quæstiones de rationibus decidendi præmeditandi, & inquirendi, cur non apud Judæos, (e. g. dum Salomon pronunciabat in litigio

vicio meretricum), Egyprios, Græcos, Romanos & in universum ab omnibus gentibus antiquitus rationes decidendi à iudicibus fuerint petitæ, aut, si plures judices dati, in votando ab iis requisitæ &c. ac unde & hic mos, & quo tempore fuerit ortus, ac quo fine fuerit inventus, & quem effectum & usum habuerit? &c.

Rationes insufficietes in allegatione protractione justitiae. §. V. Pergo jam ad ipsam thesin hujus capititis primariam, per allegationem legum & Doctorum Advocatis in procuratione Advocati cessu permisam, protrahi justitiam. In hac assertione tanquam regula convenienti omnes, per allegationes has occasionem dari disputationibus, rixis, cavillationibus. Vide, quæ ex Speculatore & ex Ordinationibus Cameralibus 1507. & 1555. am. 1.) **Autoritas Speculatoris.** Excerptimus supra c. 1. §. 2. Per eas solere causas fieri intricatores, & difficiliores, asserit Rec. Imp. 1654. eod. c. 1. §. 6. Consentient etiam autores ibid. §. 3. 4. 5. 7. adducti. Saltem de ratione dubium est. Mallem, ut Ordinatio Cameræ 1507. ipsa omisisset allegationem Speculatoris, & loco ejus evidentiorem dedisset rationem. Nam, et si Speculator fuerit Ictus suo tempore excellens, non tamen ipsius autoritas tanta est, ut ejus assertiones pro indubitabilibus sint habendæ, præcipue cum & eidem debeatur prima limitatio, nisi judex sit juris ignarus, quam vero minime approbandam esse mox ostendemus.

2.) Anonymi rationes in consilio de administracione justitiae. §. VI. Porro asserit quidem Anonymus d. c. 1. §. 4. hanc allegationem esse præcipuam causam protractionis litium ad eoque plene interdictionem, eamque probare vult sequentibus rationibus, quod judex non opus habeat, ut informetur ab Advocate de jure, sed sufficiat, ut ipsi factum ad Advocate perspicue proponatur & probetur; cum jus judex ipse scire & partes ac eorum Advocatos de jure dissentientes sententia sua de jure informare debeat, ac adeo & que ridiculum esse, si Advocari velint judicem de jure docere, ac si ergo rotus vellet medico ostendere, ubi apud Galenum vel Hippocratem querere debeat medicinam, ad morbum ejus tollendum aptam, quin potius officium Advocatorum consistere in eo, ut magis solliciti sint, quam communiter fieri soleat, de circumstantiis facti perspicue proponendis & de earum probacione,

tione, an & quando ea institui possit ac debeat. Sed h̄x quidem assertiones omnes etiā verā sint, non tamen probant, quod probare debebant, id est, non probant, quod Advocatus, allegando jura & Doctores, occasionem præbeat protractioni justitiae, sed probant falso, superfluam esse regulariter illam allegationem. Jam vero juxta commune proverbium notum est, non omnia superflua esse noxia. Porro urgeri posset pro Advocatis, istud simile de xgroto in multis esse dissimile & claudicare, & in genere similia non probare, sed illustrare probationem, quā adeo præcedere hic debuisset. Si ideo Advocati non debeant jura allegare, quia judex eos in jure dissentientes debeat quietos per sententiam reddere, neque etiam Advocatos debere judici ostendere & allegare probationes circa facta, cum & hic dissentire plerumque soleant, & judex eorum dissensum & que circa factum ac circa jus per sententiam tollere intendat. At posterius hoc nunquam interdictum esse Advocatis. Denique has omnes rationes nihil amplius probare, quam quod non opus sit probationibus per allegationes juris, si judex ipse sit juris peritus, adeoque easdem ansam suppeditasse & Speculatori & JCtis, qui autores fuerant Ordinationis Cameralis 1507. ut limitationem adderent, nisi judex sit juris imperitus, quam tamen nec ipse Anonymus admittere velit &c.

§. VII. Neque meliores videntur esse rationes, quas supra c. i. §. 7. ex Gamsio, & unde hic eas descriptis, Blumio Gumbii & adduximus. Ideo enim illi per allegationem jurium causas Blumii, intricatores & carum decisionem difficultorem reddi, aut certe hanc assertionem illustrari putant, quod ita detur occasio adversario cavillandi, ac allegatos textus juris & Dōctorum in sensum plane alienum detorquendi. Nam & hic respondebit Advocatus, qui primus jura & Doctores pro cliente suo allegavit, vitium non consistere in allegatione ab ipso facta, sed in adversarii Advocato, ejusque pruritu, textus a se allegatos cavillandi, atque adeo hoc posterius non autem ipsam allegationem debuisse prohiberi. Reliqua autem ibidem a Blumio

& Gambrio excerpta non respicere ipsam allegationem jurium in genere , sed ejus prolixitatem & ineptitudinem , videlicet , quod hoc modo clientes magnos sumtus in concipiendis & describendis tam amplis scriptis impendere cogantur ; item quod judicii tedium inferatur , ista scripta , multis impertinentibus juribus ac vulgaribus regulis , quæ coram eruditis allegare tedium sit , referta perlegendi , atque multa alia incommoda inde oriuntur &c.

Rationes ge-

nuine i.) in protractione justitiae ex allegatione jurium Advocatis concessitum legum sa oriunda probabimus ? Forte res ita evidentior evadet , si improprieta prius pauca de allegatione legum , tum de allegatione Doctorum annotaverimus . Quod leges Justinianae & juris Pontificii attinet , initio nullum esse dubium , utробique multa repetiti , quæ vel plane ad jurisprudentiam legislatoriam non pertinent , vel sunt juris universalis & naturalis : Prioris generis sunt axiomata philosophica & potissimum moralia , politica , item physica , logica &c. quæ omnia inter leges plane non sunt referenda . Posterioris vero generis præcepta non ideo valent , quia Jure Civili & Canonico sunt repetita , sed quia recta ratio docet eas leges esse universales . Unde impertinens est in vulgaribus dictis (v. g. cognitionis pœnam nemo patitur ; qui prior tempore , potior jure ; factum infectum fieri nequit ; expedit Reipublicæ , ne quis re sua male utatur ; sæpe de facultatibus suis plus sperant homines , quam in iis est ; calamitas matris non debet nocere ei , qui in ventre est ; grave est fidem fallere ; hæc æquitas suggestit , et si jure destituumur ,) & similibus , allegatio juris Justinianei ; aut si quis in vulgatis juris regulis : (in ipso causa initio non est à quæstionibus sine tormentis inchoandum ; nemo potest ad impossibile obligari ; in judicis non est acceptio personarum habenda ; odia restringi , & favores convenienti ampliari ; quod omnes tangit , debet ab omnibus ampliari ; in obscuris minimum est sequendum &c.) velet ad regulas juris Canonici tanquam leges provocare . Confer Dn. Præfid. dissert. derite formando statu controv. circa usum juris Justinianei §. 4. usque ad 12. item §. 32. 43. &c.

§. IX. Quatenus vero jus Justinianum & Canonicum
 continet leges positivas proprie dictas, prout hæ regulis philo-
 sophicis aut præceptis juris naturalis contradistinguuntur; ea-
 tenus necesse est, ut, si non semper, saltem plerumque, detur oc-
 casio rixandi, earum allegatione Advocatis in processu con-
 cessa, quia pleræque earum usum exiguum habent non solum
 in terris principum Protestantium, sed & in tota Germania,
 quod iterum latius deduxit Dn. Præses in notis ad Inst. & Pan-
 dectas item in peculiaribus dissertationibus de usu prædicto titulorum priorum 12. libri I. Inst. denique in notis ad Lancelotti Institutiones juris
 Canonici, passim. Adde, quod & Jcti noviorum temporum præ-
 cipui, ut B. Strykius, non solum agnoverint, jus Justiniane-
 um intuitu Germania esse saltem subsidiarium, atque æque
 absurdum esse, si quis v. g. modernas de jurisdictione contro-
 versias ex jure Romano componere tentet, ac si quis lanam ab
 asino querere vellet; ut adeo necessarium sit, rixas oriri in pro-
 cessu, si Advocatus leges juris Romani allegaverit, utrum ex
 receptæ sint in Germania nec ne, præcipue si quis ea, quæ
 Strykius modo de jurisdictionis materia meminit, cum Dn.
 Praefide in d. disput. de rite formand. stat. controvers. §. 27. p. 51. ex-
 tendat ad omnia prope negotia juris privati Germanici, scili-
 cet de potestate parentum, de jure conjugum, de potestate do-
 minica, de tutela & cura, de modis acquirendi dominium, de po-
 testate alienandi, de usufructu, de servitutibus prædialibus, de
 successionibus ab intestato partim legalibus, partim ex pacto de-
 scendentibus, de conventionibus & contractibus, de modis
 tollendi obligationes, de processu denique tam civili, quam
 criminali. Adde Ejusd. prefat. ad notas in Inst. & Pand. §. 13. 14.
 & tot. dissertat. Culpissi de Germanicarum legum &c. autoritatí pre-
 senti & notas Dn. Præfid. in easdem.

§. X. Præterea non potest non allegatio legum & cano- 3.) Maxime
 num occasionem ad litigandum præbere Advocatis diversarum variantium,
 partium, si quis consideret, tam in Jure Justiniano, quam sibi contradi-
 in jure Canonicó deprehendi multas leges sibi contradictentes ventum & de
 & adeo veras antinomias. Vid. Dn. Præses in prefat. ad libros de prærogativa
 is Jurisprudent. Ante Just. §. 9. n. 8. & in indice ad notas in Inst. & certantium,

item rempu. Pand. voce *Antinomie*, Anton Matth. de *fundamentis quibusd. juris blicam tur.* aliter jaciendis, potiss. disp. 9. 10. & 13. Wissenbach. *passim in Disput. bantium.* ad Inst. & Pandet. Idem in emblemata. Tribonianus, & in *Concordationibus Juris Canonici*, quæ adjunctæ sunt ejus disputationibus ad institutiones. Imo ipsum *jus Canonicum* in multis contradicere Juri Civili, & interpres communiter tradere doctrinas minime verosimiles circa quæstionem, utrum *jus civile* an *Canonicum* in ejusmodi concursu & contradictione prævaleat. vid. Dn. Præsid. *caut. circa precogn. Jurispr. Ecclesiast. cap. 21. n. 41. seq.* & *cap. 22. per integr.* Ut taceam, non solum in Jure Canonico infinitas, sed & in jure civili non paucas constitutions inveniri, quæ parum piæ sunt, & plerumque transiquillitatem reipublicæ tam directe quam indirecte turbant, ac dominatum Papatus politicum stabiliunt. De jure Canonico id latius dēduxit Dn. Præsid. in *notis ad Lancell. ad plerosque titulos.* Addē Ejusd. *Prefat. ad not. Inst. & Pand. §. 18.* Et de hoc quidem asserto minus dubii apud ICtos cordatores hodie superest, postquam Illustris Facultas Juridica Wittebergensis jam ante aliquot annos permisit, ut in Cathedra Wittebergensi disputationem, affectata pietati Juris Canonici parum blandientem, videlicet de *impietate piarum causarum* pro licentia defenderet. Candidatus Lipsiensis, nunc Professor Juris ibidem celebris, in primis cum non obstante hoc scandalo amasis pietatum Canonistarum dato, tamen postea publicam Juris Professionem consecutus fuerit. Ius Iustinianum quod attinet, non solum priores 13. tituli libri I. Cod. & quadam Novelle jam valde papizant, sed & modo citatus Antonius Matthæi de fund. quib. jur. al. jac. *integra disput. 12.* docuit, *jus Civile* in quibusdam capitibus a lege Dei, ab honestate, & a ratione deflectere.

(4. *Intuitu Juris inter pretum, ju dicio caren- ciuum, & tan- gue non ubi-* res antiquos utriusque juris fuisse, quidem homines diligenter

§. XI. Quodsi vero, ut ex hactenus dictis patet, allegatio legum utriusque juris celerem iustitiam administrationem impedit, multo maiores & adhuc evidenter rations adfunt, quæ docent, adhuc magis impediri eam per allegationem Doctorum juris. Nam de eo non est dubium, Glossato-

tissimos

tissimos & memoriam maxime excolentes, sed non solum ju- que sibi con-
dicio destitutos, aut si maxime naturali judicio pollerent, ju- tradicenti-
stis mediis carentes, judicium debite excolendi, unde & in um,
studiosis suis requirebant plumbeos nates, & ferrea capita. Ca-
rebant Scholæ illo tempore non solum studio historico & phi-
losophia morali, sed & sana philosophia rationali & ad eam
pertinente doctrina interpretationis debitæ. Hinc operam da-
bant sedulo, ut nihil affererent, et si in se indubium & sensibi-
liter verum, nisi ad ejus probationem textus utriusque juris
allegassent. Ergo ubique quidem verba legum crepabant, sed
non intelligebant vim earum & potestatem, effectis sibi ex male
intellectis juris utriusque textibus falsis interpretationum re-
gulis, & ex his postea quolibet ex qualibet deducebant, ut ita
propositiones etiam absurdissimas defenderent, addita allega-
tione non quidem legum ipsarum, sed argumentorum ex legi-
bus desumptorum. Quo pacto non poterant non infinite contra-
dictiones & dissensus inter Juris interpres oriri. Non tamen
hæc eum in finem adduco, ut Glossatoribus insultare studeam,
cum eorum interpretationes & allegationes legum ineptæ ma-
gis adscribendæ sint vitio seculi, quam stupiditati Juris inter-
pretum. Imo, si verum est proverbium, non esse discipulorum
supra magistrum, non poterat a juris interpretibus major sa-
pientia requiri, cum nec Jcti Romani, nec Patres aut Ponti-
fices, quorum doctrinæ aut decreta in utroque jure referun-
tur, ab isto vitio fuerint immunes. Ita v. g. notum est, Tri-
bonianum in Inst. iii. de lege Fusa Canin. tollenda rationem legis
hujus ineptam allegasse, & ilium vero Martianum, ut probaret.
porcos pecudum appellatione contineri, provocasse ad Home-
rum, & hanc probationem tanquam valde nobabilem a Tri-
boniano Institutionibus de lege Aquil. fuisse insertam; ut & aliam
rationem Caii ineptam, cur partus ancillæ non sit in fructu,
§.37. Inst. de R. D. quia videlicet absurdum videatur, hominem
in fructu esse, cum rerum natura omnes fructus hominum
gratia comparaverit, cum tamen ratio multo evidenter suppe-
ditetur ab Ulpiano l. 27. de hered. petit. quia videlicet ancillæ
inq.

non

non ad hoc comparentur, ut pariant, sed ut serviant. Ita integrum opus coadi posset, si quis ex jure Canonico vellet colligere vel intempestivas vel absurdas & contortas textuum scripturarum allegationes, non solum a Pontificibus sed & a Patribus Ecclesiarum factas & adhuc hodie in bullis Pontificum comprehensas. Autem fuerunt istae Interpretum juris contradictiones in conciliationibus antinomiarum juris. Cum enim Justinianus negasset, dari antinomias, sed omnia facile conciliari posse distinctionibus subtiliter excogitatis asseruisset, interpres juris hoc dictum instar Evangelii esse verissimum sibi persuadentes, operam dederunt, ut unus hanc distinctionem, alter aliam excogitaret, item ut unus v. g. in dissensu Pauli & Ulpiani doctrinam Pauli, alter doctrinam Ulpiani defenderet, & sententiam alteram ope istarum distinctionum conciliaret, quo pacto non poterat non jus incertissimum evadere, præcipue cum auditores magis venerarentur autoritates Glossatorum, quam textuum juris, ut ex locis supra c. i. §. 8. in medium adductis, patet.

(5. Acciden-
te nova in-
certitudine
de communi-
tientibus vel legibus vel Doctoribus alium vel alios pro se ad-
opinione, ducenti & ita disputando tempus & chartam perdendi, imo &
quænam talis judicem hac disputatione, etiamsi alias sit eruditus, nullo modo
sit, & utrum aptiorem reddendi, ut in sententia pronuncianda eo facilius
ea, an vero jus & æquum inveniat, sed potius id perficiendi, ut judex his
sanior pars allegationibus sibi adversis reddatur confusior. Quem enim
sequenda sit, aut quos ex his dissentientibus Doctoribus sequetur? Quod si
dixeris, sequi eum debere plures, & communem videlicet opi-
nionem, apparebit per hanc responsum parum promoveri
celerem justitiae administrationem, cum non solum mire inter
se dissentiant Jcti, utrum vera sit hæc assertio, sed etiam in eo
non convenient, quænam sit opinio communis. Etsi enim,
quod primum attinet, quidam doceant, singulares sententias
curari non deberi, ubi habemus communem opinionem, cum
communis opinio vim consuetudinis obtineri dicatur; adeoque
opinio-

opinionem illam veriorem præsumi, quæ à majori Doctorum parte recipiatur & approbetur; alii tamen contra inculcant, opinioni etiam communis præferre ac prævalere veritatem, item, opinionum varietate stante eam esse sequendam, quæ magis æquitati conveniat & à rigore discedat, aut, opinionem illam amplectandam esse, per quam in dubio peccatum evitetur, aut denique, inter opiniones contrarias eam esse sequendam, quæ distinctione rem conciliet. Et singulæ quidem hæ assertiones pro se textus juris utriusque & Doctores allegant. Vid. Barbosæ thesaurus locupletatus anno 1690. editus lib. 13. cap. 28. sub titulo, *opinio, axiom. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8.* quibus accedit, quod jam alii notaverint, communium opinionum conciliações plerumque esse sophísticas & fallaces, quippe æque incertas, ac id, cui conciliando adhibeantur. Idem Thesaurus lib. 3. cap. 4. tit. *communis opinio ax. 2.* Unde non mirandum, quod quidam axioma illud de sequenda opinione communis ita limitaverint, quod iudex non temere discedere debeat à communis opinione, vid. Zieg. in Dicast. conclus. 39. Sed nec hæc tamen limitatio plana ac perspicua est, quia obscurum remanet, quinam dicendi sint TEMERE aut NON TEMERE discedere à communis opinione. Deinde posito, sequi judicem debere opinionem communem, æque obscurum est, quænam opinio sit dicenda communis, cum locus Azorii supra cap. 1. §. 8. circa finem descriptus ostendat, ipsos legistas & Canonistas non convenire, utrum communis opinio magis sit denominanda à tempore an à loco, an à numero, an ab autoritate, item an ab autoritate politica, an à pedantica, vel, ut Azorius loquitur, scholastica vel classica. Plura de hac quæstione vide apud Zieglerum d. conclus. 39. item apud Henning. Rennem. Part. I. Jurispr. German. disput. 7. de princ. jurispr. tb. 29. 30. Ut taceam, dari opiniones communes contra communes tantum non infinitas, cum jam ante seculum Hieronymus Cævallos ingentem thesaurum opinionum communium contra communes ediderit. Quod si forte dicere velis, in ejusmodi concursu opinionum communium sibi contradicentium, aut inter se certantium, quænam pro-

communi sit habenda, judicem in sententia ferenda, vel ad-
vocatum in allegatione, sequi debere opinionem verosimili-
orem, neque sic tamen promovebitur celerior iustitiae admini-
stratio, cum æque incertum maneat, quænam opinio sit vero-
similior, & cum ipsum sacrosanctum jus Canonicum in casu
simili rem obscuram adhuc obscuriorem reddat, proponendo,
considerandam hic non solum esse majoritatem aut pluralita-
tem numeri, sed & senioritatem sententiae, normam vero per-
spicuum tradere negligendo, unde ista senioritas dijudicari
possit. Etsi vero sub hac doctrina Juris Canonici de majore &
seniore parte haud dubie lateat arcanum politicum Papale,
nullum tamen etiam est dubium, quin ineptissima hæc doctri-
na de sequenda majori aut seniori parte dissentientium ortum
duxerit ex æque inepta definitione verosimilitudinis veteris
Philosophiæ Scholasticorum, qui nimis verosimile defini-
verant, quod verum videatur pluribus aut sapientioribus. Vid.
Lancell. *Inst. Jur. Can.* lib. i. tit. 6. §. 10. not. 87. & 88. junct. tit. 9.
§. 5. not. 149.

6.) Et quia §. XIII. Denique si Advocatis permittitur allegatio le-
denique ab gum & Doctorum in processu, vel ideo non potest non pere-
surdissima o justmodi allegationes protrahi iustitia, quia nulla doctrina &
piniones à nulla sententia est tam absurdæ, quæ non inveniatur à Docto-
Glossatoribus ribus etiam suo tempore celeberrimis cum allegatione legum
fuere defen- vel argumentorum legum defensa. Notavit hoc jam Dn. Præ-
ses in Parte 3. der Juristischen Handel casu ult. §. ult. & simul
batur speci commendavit exempli loco collectionem ejusmodi ineptia-
mine excer- rum ex JCTi alias non stupidi Petri Rebuffi ineditu de Privilegiis
ptorum quo. Universitatum. Ergo tentabo, an sequens specimen benevolo
rundam ex Lectori non sit displiciturum. Privilegium septimum est p. 18.
Petro Rebuf. quod, quamvis rem suam non teneatur dominus invitatus alte-
ri locare, hoc tamen non sit verum in scholaribus, qui si non
inveniant domos, possent compellere habentes ad illis locandum,
secundum Baldum, Alexandrum, Jasonem &c. Loquuntur ta-
men illi de Doctordibus, sed idem dicas in studiofisi, cum ea-
dem sit ratio, scilicet publicæ utilitatis, quæ ita versatur in ipsis,
sicut

sicut in Doctoribus &c. Amplia (p. 19.) istud non solum procedere in domo, sed etiam in equo, nempe si Scholasticus vel tecum recedere de studio, potest compellere habentem equum, si illum dominus consueverat locare, ad sibi locandum, argumento l. cursum C, de cursu publ. & quia hospes, postquam signa hospitii erexit, cogitur hospites recipere, l. una §. i. & ibi Bartolus ff. furti adversus nautas. &c. Quodsi Scholasticus non dederat avenam equo, quem locaverat (ita loquitur Rebiffus) & eo factus est mager, an teneatur? Respondeo non, per textum in l. animalia C, de cursu publ. & ibi Platea hoc expresse firmat: Nam studentes non solent equos locatos avena impinguare, cum modicum eis impendere soliti sint. Nonum privilegium est: (p. 26.) Quamvis finito tempore locationis dominus non teneatur eidem conductori relocare domum, hoc tamen non procedit in Scholaribus, in quibus alio jure utimur per Plateam, Baldum, Salicetum &c. tum quia frequens mutatio hospitii levitatem arguit ingenii & temporis amissionem parit. Tum querit, quid si plures studiosi domum conduixerint, quis illorum debeat præferri, & quamvis ipse non male pronuntiet pro eo, qui primus conduxerit, adducit tamen simul alias Jctos, qui arg. c. Clerici de judic. &c. statuerint, quod is, qui in nobiliori studeat facultate sit præferendus, videlicet primo loco in Theologia, secundo studiosus canonum, postea legibus incumbens, & denique medicus studiosis artium. (Usque simul obiter notari velim numerum & ordinem facultatum in Academiis tempore Rebiffi.) Vigesimum privilegium est, (p. 50.) quod licet conductor domo locata possit expelli, si ibi meretrices habeant, fallat tamen id in scholaribus per tradita Baldi, Bartoli, Cæpolli &c. Sexagesimum tertium, (p. 113.) quamvis donatio inter vivos regulariter revocari non possit, & quamvis propositum in mente retentum alias non operetur, fallat tamen, si scholaris aliqui donet rem animo & proposito discedendi de studio, postea animum mutet, & non recedat &c. Septuagesimum secundum; (Cp. 126.) Quamvis, si quis judicet contra communem opinionem, faciat litem suam, tamen speciale est in scholasticis, qui,

si judicaverint secundum scientiam sui Doctoris contra communem tenentis, excusantur à condemnatione ad expensas, nec facere litem suam dicuntur &c. Circa finem privilegii 94. (p. 156.) ista invenies: Quantum sit solvendum sartori pro ueste, textus solennis & non contemnendus est in *l. fortissimus C. de milit. ueste*, qui dicit, ultra unum florenum non debere solvi, quem textum allegat Jason, & dicit notandum &c. In privilegio 124. (p. 204.) observat, si scolaris causa comedendi accipiat pullos alienos & postea pœnitentia. Tunc eos restituit, non possit conveniri *actione furti*, et si alias in delictis non admittatur pœnitentia, & rationem addit, quia forte erat instigatus à re, super qua delinquitur, ut, quia pulli & gallinæ quotidie accedebant ad suum cubiculum, ut in simili dicitur in *l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* & idem esse in Scholastico, qui incitatur ad adulterium à sua hospita &c. In privilegio 168. (p. 245.) docet: sicut contra dotem non recipitur compensatio, ita nec contra scholares vel Doctores sua petentes alimenta vel stipendia, quia *dos & studia* sunt pro *equiparatis* habenda &c. Porro in interpretatione authenticæ *Habua C. ne filius pro patre* recenset doctrinam Alberici, (p. 370.) quod *patria* dicatur, quasi nobis *parans iria*, primo alimenta, secundo necessaria ad multiplicationem humani generis, tertio necessaria ad instructionem vitæ moralis &c. Ibidem p. 375. notat, et si *dubia* sunt in *meliorum partem interpretanda*, tamen vulgus contra scholasticos malum præsumere, nempe, quod si frequentent domum mulieris, non præsumantur eam docere pater noster, licet g̃. Ilsa dicat, debere præsumi, clericum, amplectentem mulierem, hoc facere causa benedicendi & causa docendi decem præcepta legis &c. Porro p. 381. Etsi authenticæ dicat, quod scholares fiant de divitibus pauperes, hoc tamen non obstante eum, qui *scholarem vocet pauperem*, posse conveniri *actio*ne *injuriarum* &c. Denique p. 387. Inter viles personas referendi sunt procuratores ad negotia *l. si quis* *procurationem C. de decur.* secundum Lucam de Penna: hoc tamen intelligendum esse de homine libero, secus in servo, quia illi est honor *l. testamento* *si, in fine ff. de manum. testamento* &c.

§. XIV,

§. XIV. His ita præmissis jam facile judicari poterit de limitationibus, sub quibus communiter & secundum ipsas im-
perii leges permittitur advocatis allegare leges & Doctores. Pri-
ma erat, (supra c. 1. §. 2.) si judex sit juris imperitus. Iam ve-
ro (1. evidens est, quod etiam in hoc casu obtineant omnes rationes haec tenus a nobis expositæ a §. 8. hujus capituli buc us-
que. (2. Eadem limitatio tollit ipsam regulam. Nam et si qui-
busdam casibus certum sit, judicem esse juris imperitum, quos
jam declaravit Anonymus supra cap. 1. §. 4. nunquam tamen
deerunt praetextus Advocatis jura allegantibus, se credidisse, ju-
dices, etiam alias doctissimos, non esse satis peritos juris, cum
non solum infinita sit doctrina juris civilis & canonici, sed etiam
adhuc magis infinita sit scientia tot opinionum variantium &
communium contra communes. (3. Multæ rationes dubitandi
ex que maxime verosimiles adsunt, utrum advocati sint perito-
res judice, etiam si non valde eruditio, in primis, si eorum par-
tialitatem consideres. (4. Sed demus etiam, advocatos esse pe-
riiores judice, tum nihil proderit tali judici allegatio jurium &
Doctorum sibi contradicentium ab utraque parte facta, sed eum
magis imperitum reddet. (5. Unde evidens est, imperitiam
hanc judicis melius emendari posse per assessores peritos aut per
transmissionem actorum ad collegia juridica. Nolo prolixior
esse in declarandis tribus ulomis rationibus, cum jam id satis fa-
ctum fuerit ab autore anonymo in §. 4. cap. 1. junctis excerptis
ex Gambio & Blumio ibid. §. 5.

§. XV. Secunda limitatio erat, non omnem allegationem Contra se-
jurium esse prohibendam advocatis, sed saltē superfluam, ni-
cundum, de-
miam atque ineptam. Vide §. 2. cap. 1. unam vero vel alteram allegationi-
legem posse allegari argumento leg. 29. ff. ad l. Cornel. de falsis per bas super-
dicta §. ult. cap. 1. Sed & hic repeto rationes duas priores pa-
graphi præcedentis. Quis enim, quod secundam rationem atq. ineptis,
concernit, judicabit de illa superfluitate vel ineptia? si videli-
cet advocatus tales allegationes superfluas repeatat ex JCris fa-
migeratissimis, etiam noviorum temporum, v. g. Jacobo Schul-
tesio, Berlichio &c. Ut taceam, etiam unius legis allegatio-

nem posse esse ineptam. Ut unico tantum exemplo rem de-
claremus, examinemus saltem allegationem legis modo adductæ
29. ff. ad l. Cornel de falsis. Imo quid prolixo examine opus erit,
apponamus saltem ipsa legis verba: *Si quis obrepserit, inquit*
Modestinus, Praesidi provincie tam per acta, quam per libelli interpel-
lationem, nihil agit, imo, si accusatus fuerit, pœnam temeratoris luit:
perinde enim punitur, atque si falsum fecerit. Sunt enim rescripta de
ea re. Sufficit autem UNUM ARGUMENTI CAUSA referre, cuius
verba hæc sunt: Alexander Augustus Julio Marylo: si libello dato ad-
versarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adjectit, subscriptio-
ne uia non potest: imo, si accusatus fuerit, & pœnam inferre debet.
Hic nolo equidem prolixus esse in exponenda legis hujus sen-
tentia, & recensendis controversiis, quas interpretes de sensu le-
gis movere solent. Sufficiet, quod velim audire vel legere argu-
mentum non aperte ineptum, sive sit in Barbara, sive in Came-
stres, sive in Datisi, cuius ope, etiam ex verbis: *sufficit unum ar-*
gumenti causa referre saltem verosimiliter conclusio inferri possit:
Ergo permittendum etiam est advocatis, ut in processu unam
vel alteram legem allegent. Sed istud quidem negotium in-
dustriæ lectorum relinquo, & ingenue fateor, istam sapientiam
transcendere vires ingenii mei.

Limitatio §. XVI. Restat, ut nunc videamus, quid de tertia limi-
teria de al- tatione sentiendum sit, cap. 1. §. 6. relata, quod quidem Advo-
cationibus tis sub pena arbitraria interdicta esse debeat allegatio jurium,
in margine sed tamen ipsis permisum sit, ad marginem allegare leges &
faciendis & Doctores de causa, super qua litigatur, in terminis terminantibus
de apponen- gentes, imo quod etiam permisum sit apponere consilia & re-
dis responsis sponsa juris super controversia, de qua agitur, quæ tamen
prudentum, nullo modo a Referente aut Assessoribus reliquis in votando,
Sensus de usu quod factum attinet, attendi debeant. Ubi ante omnia quæ-
horum re- ritur, cui usui esse debeat adjectio responsorum juris ibi permissa,
sponsorum. si nullo modo attendi debeant? Gambius equidem cap. 1. §. 7.
adductus putat: Eiusmodi consilia pro maturanda sententia sin-
gulis assessoribus quandoque ad domum non raro solere afferri.
Sed quomodo facere potuerunt ad maturandam sententiam, si
nullo

nullo modo debeant attendi, si judex saltem secundum acta & probata pronunciare debet, & si talia consilia ut scripturæ extra-judiciales parte altera non auditæ pro parte actorum non sint habenda? quod dubium movet ipse Gaius d. §. 7. jam citatus. Sane Blumii responsio *ibidem* excerpta videtur esse plane impertinens: Opponebatur enim: Frusta exhiberi ea, si nullo modo attendi debeant. Respondet Blumius: imo recte constitutum est, ut non debeant attendi. Idem enim est, ac si aliqui opponerem, cur punis filium tuum ideo, quod cum meretrice conversatus fuerit, cum tamen ipse filio eam conversationem expresse permiseris? & is respondeat: imo juste punio, quia turpe est, cum meretricibus conversari. Sed tamen non difficulter dubium istud removeri potest, si dicas, nullo modo debere attendi ejusmodi responsa, quatenus factum referunt, si hæc relatio non conveniat cum actis; at omnino ea esse attendenda, quatenus allegantur *ibidem* jura, & tunc ejusmodi consilia & que esse attendenda ac allegationem jurium ad marginem, quæ de causa controversa agunt in terminis terminantibus: de qua allegatione (cum signo addito, quod id sit probe notandum) Gambius d. l. sic judicat, quod hic modus multum faciat ad expeditionem causæ & informationem domini judicis. Quod sic intelligo: Cum in judiciis imperii receptum sit, ut Domini referentes & correferentes vota sua paulo prolixius in scripturam referre & non paucis rationibus decidendi, item allegationibus legum & Doctorum ea replere soleant ac debeant, hinc multum faciet ad promovendam hanc votorum elaborationem, & sic etiam ad promovendam sententiam, si Advocati ejusmodi allegationes vel in margine adscribant, vel in responsis juridicis adjectas eas subministrent dominis votantibus, ne opus habeant ipsi tadio solabore querere & evolvere leges & autores, qui de casu illo in terminis terminantibus egerint.

§. XVII. Sed ingenuus fateor, me non percipere, quomodo *Dubia contra hæc limitatio* *tertia* sine aperta contradictione locum invenire *eam*, possit. Initio enim, dum sub pena prohibetur Advocatis, ne iuria allegent, ratio simul allegatur genuina, & fusius a nobis explicata, quod ejusmodi allegationes plerumque causas intricatores

tiores reddant, & lites protrahant. Hoc vero supposito puto sensu omnibus hominibus communi percipi, hanc litium protractionem & que causari, sive allegationes legum in textu ponantur, sive scribantur ad marginem; Nam & hoc posteriori casu advocatus adversæ partis pro confirmanda responsione vel exceptione sua & que scribet ad marginem alias leges & Doctores, & quidem & que in terminis terminantibus, ac prior advocatus fecerat, cum jam ostenderimus, nullam fere esse doctrinam juris, in qua interpretes sibi non contradicant in terminis terminantibus. (Ut jam nihil addam de barbarie terminorum horum terminantium, non solum ratione vocis, sed & ratione conceptus aut significationis, dum id notare videntur, leges & Doctores allegando esse, qui de eadem vel plane simili causa agant. Cum notum sit, eandem causam dici non posse, quæ fuit inter alias personas: similem vero causam non esse eandem, & omne simile esse dissimile, præprimis cum minima circumstantia jus variare possit.) Deinde quod consilia attinet, fateor quidem, ea non irritare partes adversas, si iis non communicentur, aut singulis assessoribus non raro ad domum offerantur. Sed præterquam, quod hic iniqutatem subesse jam agnoverit Gaius, quod judices extra acta & altera parte noī audita talia admittat; neque sic tamen impeditur irritatio partis adversæ, ut similia faciat; præprimis si sciat, id moris esse & consuetudinis prope quotidianæ. Ergo revera hæc limitatio non solum tollit totam prohibitionem præcedentem pœnalem allegationum juris, sed & eandem plane ridiculam facit. Nec obstat, quod hæc limitatio inserta fuerit in favorem Referentium, & ut vota sua sine magna molestia pulchris allegationibus in terminis terminantibus quasi lardare possint. Ut enim hæc objectio non tollit dubium, cur tamen præcesserit illa prohibito pœnalis; ita examen ulterius hujus excusationis relinqu quo aliis, qui de protractione litium per allegationes juriū & Doctorum in responsis, sententiis, votis & rationibus decidendi judicum acturi sunt.

Origo hujus mali. §. XLIX. Pergo potius ad ostendendam originem hujus mali, & cur non obstante prohibitione allegationum intuitu Ad-

voca-

vocatorum s^epius iterata, semper tamen adjecta fuerint tales li- *judicium au-*
mitationes, quæ prohibitionem ipsam palpabiliter, & ut homo eti- *coritatis in-*
am minime eruditus & sensu saltem communi pollens id percí- *omnibus to-*
pere potuisse, eluderent, & iuritam facerent. Sed & hic tamen ope- *tius orbis*
ram dabo, ut dicenda in summa breviter contraham. Omnes terrarum
scholæ publicæ omnibus seculis & temporibus videntur eo de- *scholis stabili-*
factu capitali laborasse, ut partim inquirerent in veritates parum litum.
utiles humano generi, sed inanæ & noxias, partim etiam liberum
usum rectæ rationis discipulis & studiois non relinquenter, sed
sub specioso &, si obiter inspiciatur, pio & prudenti prætextu,
stabilirent omnibus modis præjudicium autoritatis. De Ægyptiorum, Chaldaeorum, Sinenium &c. scholis pauca scimus; ex
iis tamen, quæ scimus, puto facilissime hanc assertionem demon-
strari posse, et si cum iis litigare nolimus, qui Sinenium sapien-
tiam exoscularunt & tantum non adorant, de quibus jam ante
triginta annos sententiam suam dixit Dn. Præses in mensa Augusto
der freymuthigen Gedancken Anni 1689. p. 599. seq. De scholis
Judæorum, Græcorum, Romanorum &c. idem dicendum esse
arbitror. De Judæis & eorum sectis, Pharisæorum, Sadducaeorum
& Essæorum, item Hillelianorum & Sammæanorum, & de ab-
surdissimis Rabbinorum doctrinis hodie nemo dubitat, qui scri-
pta Josephi & præcedenti seculo florentium eruditorum, Selle-
ni, Lightfooti, Eisenmengeri &c. saltem fugitivo oculo perlu-
stravit. Sectæ Græcorum, Pythagorica, Cynica, Stoica, Epicurea,
Aristotelica &c. omnes hoc vitio laborararunt, etiam postquam
apud Romanos florere cœperunt. Et notæ sunt etiam sectæ in-
ter ipsos JCTos Romanos. At omnium sectarum essentia con-
sistit in dijudicanda veritate ex autoritate humana. In Chri-
stianas scholas idem malum se insinuavit, etiam in mediis per-
secutionibus priorum seculorum, & a seculo quarto ad subse-
quentia secula per multa concilia, etiam œcumenica, ita corro-
boratum est, ut illi, qui se huic opponerent, tanquam gra-
vissimorum criminum rei considerarentur.

§. XIX. Ergo non adeo increpandi erunt Pontifices, 2) *Etiam in*
quod introductis in orbe Christiano, eorum autoritate, publicis omnibus qua-

*tuor facultas, scholis, academiis, universitatibus, insignem dederint operam
tibus Academiarum Christianarum* ut in omnibus facultatibus artium & scientiarum idem præjudicium stabilirent, cum initio solum septem artes liberales doceantur secundum tradita Augustini, deinde vero sequentibus temporibus, Augustino pedetentim derelicto, Philosophia secundum doctrinam Aristotelis, Theologia secundum Petri Lombardi sententias, jus canonicum secundum decretum Gratiani, & mox etiam secundum epistolulas decretales, Civile, secundum jus Justinianeum, Medicina secundum Galenum &c. Ergo cum nulli Professori permisum esset, de doctrinis, quas scholaribus præponebat, propriam sententiam dicere, sed saltem exponere autores, qui, ut duces cœcorum, ipsis erant in manus traditi, in omnibus quatuor aut quinque facultatibus, id necessario sequebatur, ut, cum multa loca autorum illorum essent obscura & dubia interpretationis, infinitæ contradictiones exponentium circa mentem autorum orientur, & ut in omnibus omnium facultatum scriptis, ab initio ad finem non solum autores illi fundamentales, sed & eorum interpres, in singulis paginis allegarentur, & ille pro eruditione reliquis haberetur, apud quem plurimæ ejusmodi allegationes invenirentur.

3.) *Maxime per Legistas & Canonicas* §. XX. Præ reliquis autem facultatibus interpretes juris Civilis & Canonici seu Glossatores hic excedere & superare magistros reliquarum facultatum operam dabant, non solum, quod initio inter Legistas & Canonistas per aliquot annorum decurias magna esset æmulatio, sed & quod utraque pars ejusmodi allegationes & explicationes deprehenderet in Corpore Juris. De jure justinianeo jam supra §. n. quædam exempla dedimus. Quod jus Canonicum attinet, evolvat saltem quis, exempla similia quærens, ex Decreto Canonem 2. & 3. dist. 82. & can. 2. C. 13. qu. 2. ex Decretalibus cap. 6. de majorit. & obedientia, cap. 32. de Simonia, cap. 1. de sepulturis, cap. 30. de jurejur. & deprehendet absurdissimas explicationes aut applicationes textuum sacræ scripturæ. Quid enim absurdius esse poterat, quam quod dicitur d. qu. 2. C. 13. Quos conjunxit unum coniugium

gium, conjungat sepulcrum, quia una caro est: & quos Deus conjunxit, homo non separet, & quod in c. 30. de jure iur. afferitur, Clericum non habentem temporalia non teneri Laico ad jurandum fidelitatis, quia secundum Apostolum 1. Cor. 5. servus stat, aut cadit suo domino. Et tamen prioris dicti autor est non vulgaris Papa sed Patrum & Sanctorum Ecclesiae Catholicae unus ex praecipuis, Divus Hieronymus.

§. XXI. Cum ergo inepta hæc & cumulata allegationes 4.) Translatæ apud JCTos Italos pro nota singularis eruditio[n]is haberentur, non poterat non introduc[t]is Academiis ex Italia in Ger[man]ia per Academiam simul hoc malum in ipsam Germaniam intro[m]ias ex I[ta]duci, in tantum, ut vel pene tota ordinatio Camera Italia in Ger[man]ia de anno 1507. testetur, quantjam estimata fuerit illo tempore ista allegatio iurium & Dd. Italica, cum a titulo 36. ad finem, in quibus de rite instituendo & ordinando processu utriusque instantia in Camera agitur, in singulis prope lineis aut paragraphis textus utriusque juris, potissimum vero Canonici una cum interpretibus, Speculatorib[us], Bartolo, Baldo, Felino, Andreæ & aliis Glossatoribus, confirmationis loco adducantur. Simul vero ex historia juris constat, Doctores hos Italos in Germania id omnibus viribus intendisse, ut hæc allegationes pro genuino criterio JCTi perfecti haberentur, unde quotidie occinebant, turpe esse JCTo, si sine lege loqueretur; & cum adeo jus patrium contemnerent, simul operam dabant, ut id plane supprimeretur, & loco ejus sententia & brocarda Glossatorum introducerentur. Imo constat, quod non contenti fuerint, ut hæc allegationes in scriptis extrajudicialibus essent frequentes, sed &, ut eadem ab advocatis adhiberentur in scriptis ad processum pertinentibus, & hoc quidem vel maxime eum in finem, ut Nobiles, hactenus autoritatem juris patrii Germanici contra hos semi Italos tuentes, ex iudicis superioribus removere possent, sub prætextu, quasi hi sint ignorantes, cum non prælegere aliis collegis possent aurea illa advocateorum allegata iurium & Glossatorum, videlicet non intelligentes titulos & scripta autorum, ibi citatorum. Vide

E 2

Mel.

Melchioris ab Offe, qui anno 1556. scriptis, *Testament Parte 2. c. 17.*
 §. u. p. 484. & ibi notata Dn. Praesidis. Adde Kulpisii *dissert. Epist.*
de German. Leg. & Rom. juris orig. & *autor. presenti* §. 95. seq. & ibi
notas *Praesid. p. 103.*

5) *Ei propa-* §. XXII. Auctum fuit postea hoc malum, cum ejusmo-
gatum per di allegationes inutiles & cumulatae etiam adhiberentur à Jctis
ICTos etiam Germaniæ alias famigeratissimis. Jam anno 1603. notavit Hu-
noviorum bertus Giphanius, Consiliarius Imperatoris Aulicus *in prefa-*
temporum *tione ad Rittersbusii partitiones feudales*, quod hæc duo vitia, alien-
celeberrimos. norum inculcatio, & allegationum multitudine ac falsitas, ma-
 xime graffentur in scriptis Jctorum illius xvi, unde & immania
 illa & ponderosa volumina atque farragines quotidie succe-
 scant, in quibus familiam apud Germanos ducere videantur
Ludolphus Schrader & Henricus Rosenthal, quorum hic ingentem
 commentarium de feudis divulgasset, eumque tamen non ve-
 ritus esset, synopsis appellare; ille non minorem edidisset.
 Quod si quis aliorum Jctorum celeberrimorum, qui vel circa
 initium vel circa medium seculi decimi septimi floruerunt,
 scripta evolvat, puta *Danielis Mollerii, Jacobi Schultesii, Matthiae*
Berlichii aliorumque, deprehendet, abusum hunc enormem in
 singulis paginis & prope lineis. Unde nec mirandum, quod
 Jctus nostrorum temporum, et si alias Juris Germanici & Ro-
 mani peritissimus, *Iob. Schilterus* valde commendaverit allega-
 tionem legum Romanarum Advocatis in judicio, afferendo,
 Advocatum se fundantem in textu aliquo Corporis Justinianei,
 intentionem habere fundatam, etiamsi ejus observantiam in
 foro non probaverit, imo laudem peritæ & eruditioñis mere-
 ri advocationis, si ejusmodi legem, et si forte hactenus minus
 observatam, in forum usumve revocet, quoties contraria ob-
 servantia non obstet, quem in finem etiam Bartolum, Obrech-
 tum & Taborem citat, et si propterea recte fuerit notatus à
 Culpisio d. *dissert. Epist. §. 60. seq. 89. seq.* & Dn. Praeside *ibid. in*
notis. Ut taceam, communiter, & tantum non ab omnibus
 Jctis Germaniæ celeberrimis brocardicum istud, ex Nov. 118.
cap. 5. infeliciter deductum: Erubescere Jctum sine lege loqui ad
 nau-

nauseam usque inculcari, de quo circa finem seculi præcedentis Adrianus Beierus Jenæ integrum dissertationem, & in Academia Marburgensi Arnoldus Mauritius Holtermannus aliam edidit, cui titulus: *JCtus monstrosus sine lege*, quem paucis notavit Culpilius d. l. §. 90. circa fin. & Dn. Præses in notis ibid. & in differt. de rite form. statu controv. circa us. jur. Justin. §. 32.

§. XXIII. Non defuerunt tamen JCti majori judicio pol. 6.) *Quamvis lentes*, qui jam ab antiquis temporibus impertinentium illa- *perpetuo huic rum juris allegationum imprudentiam palpandam traderent. allegationum Conradi Summerhartii locum ex ejus libro de contractibus alle-* *abusui con-*
gat Giphanius in d. prefat. ad Rittershusi partit. jur. feud. & alia tradixerint familia Jacobi Tomingii, Udalrici Zasii, aliorumque eum in si- saniores nem adducit, iisque suffragium suum addit, et si, ut dixi, ipse ICti, sed fuerit Imperatori a Consilii Aulicis. Idem fecit initio seculi pauit.

16. Henricus Cornelius Agrippa, Eques auratus & Consiliarius Cæsaris de incertit. & vanitate scientiarum atque artium c. 93. & 95. Pariter id ulcus tetigit jam anno 1531, Johannes Ludovicus Vi- ves de causis corrupt. artium lib. 7. p. 367. seq. cuius verba sequen- tia p. 371. sunt valde notabilia. Subinde, inquit, occidunt nobis illud: erubescimus sine lege loqui. Quid est sine lege? si abs- que citatione capitii aliquipus legis, quid potest dici imperitus, quid im- erti, quam non esse sine ejusmodi loquendum lege? Sin vero, quod magis puto, sine lege est, fine ratione ac modo, erubescant, qui si- ne ratione ac modo semper loquuntur, & sine lege suas leges profun- dum. Et qua ibi sequuntur plura. Horum partes etiam se- cutus fuit Thomas Lansius de Academ. p. 12. seq. ubi postquam Summerhartii locum adduxisset, subjungit p. 13. Viveret hodie optimus Summerhartius, & qua fuit animi libertate, minime adul- ationi obnoxius, multo serius stringeret calamum in istam eruditissimam docendi imperitiam, qua bene multi Germania Doctores, fere cives & domestici tantum sunt in Roma illa antiqua, in patria vero & domi pla- ne sunt hospites & peregrini. In Academis equidem magno Reipubli- ca danno malum illud jam pridem obrepserit: in quibus adolescentes ni- bil fere ex iis, que in usu habemus, aut audiunt aut vident. &c. Sed quidem cum pauci fuerint, plurimi autem JCti in dignitate

constituti hos numero superarent, non equidem mirari debemus, quod horum suasu ordinates Processuales tam communes Imperii, quam particulares plerorumque imperii Statuum limitationibus illis destruxerint prohibitionem allegationum in processu, & ita litium protractionem earum additione, et si bona fide, auxerint.

Conclusio.

§. XXIV. Ergo jam nihil restat, quam ut concludamus; recte quidem & convenienter cum principiis genuinæ jurisprudentiæ judicasse autorem anonymous, *supra cap. 1. §. 4.* quod simpliciter & absque limitationibus istis, si celerior iustitiæ administratio premoveri debeat, advocatis sint interdicendæ allegationes legum & Doctorum, &, justa demonstratione præcedente, simile ab ipso allatum, de herba noxia saltem sæpius absissa, non autem radicitus sublata, rem egregie illustrare. Utrum vero & quando speranda sit emendatio hæc protractionis iustitiæ, jam latius disquirere nolo, sed finem hic facio, & remitto lectorum ad dissertationem Dn. Præsidis ante quadriennium hic habitam *de emendatione administrationis iustitiae neque facilis, neque impossibilis.*


F I N I S.



05 H 735



Farbkarte #13



31

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
**PROTRACTIONE LI-
TIS PER ALLEGATIONES
LEGUM ET DOCTORUM IN
PROCESSU ADVOCATIS
PERMISSAS,**

QUAM
Ex DECRETO ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS
P R A E S I D E
DN. CHRISTIANO THOMASIO,
REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO, ACA-
DEMIÆ FRIDERICIANÆ DIRECTORE, PROFESSORE
JURIS PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ
P R A E S I D E O R D I N A R I O ,

P R O L I C E N T I A

*S U M M O S I N U T R O Q U E J U R E H O N O R E S E T
P R I V I L E G I A D O C T O R A L I A C O N S E Q U E N D I ,*

AD D. XXI. JULI. M DCC XXI.
H O R I S A N T E - E T P O M E R I D I A N I S

P U B L I C E D E F E N D E T

JOHANNES CHRISTIANUS BOEHM,
ADVOC. ELECT. SAX. IMMATR.

H A L E MAGDEBURGICÆ, LITERIS S A L F E L D I A N I S .